

ribus natio Genuensis inter alias celebris fuerit in re  
 maritima, & specialiter in armandis conducendis que  
 triremibus; Vnde satis clarum & egregium nomen adep-  
 ta est propter res benè gestas in hoc numere, & cum  
 à tempore cita remissa sint huiuscemodi armamenta,  
 quod ausam prebuit, & audaciam multis piratis Tur-  
 cis per hæc discurrere maria, & vtramque oram sepe nu-  
 mero infestare; Volentes propterea in futurum prouide-  
 dere securitati ipsarum orarum, & ne tam facili id ge-  
 nus piratæ ad nostra accedant littora, visum & consti-  
 tutum præcedentibus etiam concilijs, & publicis de-  
 cretis, vt fiant armamenta triremium ad salutem & tu-  
 telam nostri districtus & vasorum per hæc maria nau-  
 gantium ad cuius executionem necesse fuit eligi ma-  
 gistratum super hoc negotio quatuor Præstantissimo-  
 rum ciuium: Consequenter electi fuerint ad id muneris  
 nobis & Præstantes viri, Io. Saluagus q. Benedicti,  
 Paulus Vincentius Lomelinus, Franciscus de Furnarijs  
 q. Marci, & Gaspar Cattaneus q. Sebastiani. Volentes  
 declarare auctoritatem, facultatem, & bailiam, sub  
 qua ipsi deputati, sub titulo & nomine Prouisorum  
 Triremium Reipublicæ, se regere & Gubernare habe-  
 ant, & quæ sibi collata fuit omni modo se &c. Se se ad  
 Calculos absoluendo dicunt, & declarant ad eorum  
 curam pertinere in prouidendo, exclusa Patronorum  
 electione, quid quid fuerit necessarium pro armamen-  
 to Triremium Reipublicæ quot quot fuerint pro tem-  
 pore, & pro ea causa expendendi pecuniam opportu-  
 nam & necessariam pro ipso armamento, & nauigatio-  
 ne tam in officialibus, militibus siue remigantibus,  
 quam apparatibus, corredijs, & alijs ad ipsam nau-  
 gationem necessarijs cuiuscunque generis pro manuten-  
 tione ipsarum triremium; cum facultate etiam admini-  
 strandi